

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Conradi Samvelis Schvzrfleischii Opera historica politica**

**Schurzfleisch, Konrad Samuel**

**Berolini, 1599 [i.e. 1699]**

Widmung

**urn:nbn:de:bsz:31-102564**

PERILLVSTRI,  
Atqve Excellentissimo Domino,  
DOMINO  
PAVLO A Fuchs/  
FRIDERICI III.  
SERENISSIMI AC POTEN-  
TISSIMI PR. ELECTORIS BRANDENBURGICI A  
SANCTORIBVS TOTIVS STATVS, ET RERVM  
FEVDALIVM CONSILII, CONSISTORII  
ECCLESIASTICI PRAESIDI,  
DOMINO de Malchovv, Heiner-  
dorff, Fuchshofen & Koggen,  
&c. &c.

1679. 516  
1680. 516  
(546  
574  
584  
684  
698  
709  
719  
737  
744  
ada Min.  
96. 733  
811  
1697. 822  
834  
843  
810  
1682. 819  
861  
863  
864  
876  
878  
886  
886  
916  
REGN.  
917  
921  
942  
Moeno-  
952  
963  
971. 973  
1003  
1011  
1019  
Kirchen  
1023  
1041  
1. 1685.  
(1050  
1064  
1087  
1089  
1090  
1002

PERILLVSTRI,  
*Ac Excellentissimo Domino,*  
DOMINO  
JO. FRIDERICO  
de *Rheß* /  
IN AVLA ELECTORA-  
LI BRANDENBVRGICA AB  
ARCANIORIBVS, SANCTIO-  
RIBVSQVE CONSILII,  
DOMINO de Grossenbenitz,  
&c. &c.

REVERENDISSIMO PERILLVSTRI,  
Ac Excellentissimo Domino,

DOMINO

FRID. LVD. LVDEVV.

LIB. BAR. A **G**anis /

SERENISSIMI POTENTISSIMI-  
QUE PR. ELECTORIS BRANDENBURGICI A  
SANCTIORIBVS CONSILIIS, ORDINISQUE  
S. JOANNIS AB HIEROSOLYMIS  
EQVITI,

*DOMINO de Blumberg,*

*&c. &c.*

PERILLVSTRI,  
*Fuxta ac Excellentissimo Domino,*  
DOMINO  
JOACHIMO MARTINO  
de  *Unverfärth/*  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI  
PR. ELECTORIS BRANDENBVRGICI AB AR-  
CANIORIBVS CONSILII, AC CANCELLARIO IN PRIN-  
CIPATIBVS HALBERSTADIENSI ATQVE  
MINDENSI,

*DOMINIS meis, Maecenatibus*

*ac*  
PATRONIS

*Gratiosis et submisso animi cultu  
prosequendis,*

OPERA  
SCHVRFLEISCHIANA,  
HISTORICI ARGVMENTI  
SACRA SVNTO.


PER ILLVSTRES et EXCELLENTISSIMI

DOMINI.


**N**on e longinquo cauffae mihi arcessendae videntur, cur opera historica C. S. SCHVZFLEISCHII V. C. a me summo studio conqvisita, et in vnum volumen congefta veftris Nominibus, quae fancta animi veneratione in praefens a me compellantur, infcribere, tantaqve mentis fiducia ad veftrum patrociniũ, in quo hucusqve jure sum innixus, ac in pofterum bona cauffa fretus, et confcientiae

IMPRIVSTRE (O) IMPRIVSTRE

tiae religione firmatus summa animi constan-  
tia innitar, ausus sim provocare. Namque in  
ea vrbe, quae Marchiae vniuersae caput est, atque  
**Serenissimo ac Potentissimo Electo-  
ri Brandenburgico** sedem praebet, tantique  
Principis magnificentissimam, & toto orbe celebratis-  
simam aulam complexu suo continet, hominum etiam  
multitudine, splendore et elegancia aedificiorum, copia  
denique et affluentia omnium rerum ac mercium nulli  
in Germania cedit, non solum iure civitatis gaudeo;  
verum etiam facultas libros a viris varia eruditione  
exornatis scriptos editisque publice divendendi mi-  
hi meisque est concessa. Cui rei accedit, quod vestra  
ope, **PERILLVSTRES Domini, opera Cl. SCHVRZ-  
FLEISCHII** sumptibus meis cum eruditorum orbe  
communicata peculiari iure, quod in provinciis Bran-  
denburgico sceptro parentibus sanctum omnino ha-  
beri debet, communita sint: quod beneficium a  
**Clementissimo Pr. Electore** tantis adiu-  
toribus impetratum gratisima mente agnosco, Vo-  
bisque eam ob rem publice ac solenniter cum vni-  
versa Meyerianorum familia submissam, et aeter-  
nam



nam gratiarum actionem persolvo. Haud recordabor beneficiorum, quibus data occasione nos omnes sigillatim me vestrum Clientem ad aeterna obsequia paratissimum, exornastis: quae profecto tanta, tamque diversi generis sunt, ut summo jure promereremur ingratorum albo inferi, nisi hac occasione ex animi nobis sententia oblata monumentum gratiae nostrae mentis Vobis erigere contenderemus. Accipite igitur hoc quaecumque grati nostri animi monumentum, PERILLVSTRES Domini, temporibusque subsequituris me vna cum posteris Meyerianis consveta, et viris in publico veluti terrarum orbis theatro collocatis digna benevolentia sustentate; et si in nos irruere, nostrasque facultates ab aeterno omnium bonorum diribitore nobis perquam benigne concessas subvertere invidi conentur, patrocinium in Vos Meyerianum suscipite, eosque heredes, quemadmodum semper fecistis, ab omnibus malevolorum incursionibus defendite, ut sub vestro clypeo tuti adversarios nostros feliciter repellamus. DEVS immortalis, cui curae cordique sunt viri in eminentiori dignitatis gradu constituti, longa annorum serie Vos salvos incolumesque servet,



fervet, et a Vobis perquam clementer, Vestris-  
que Familiis in publicam Patriae spem cum gloria  
efflorescentibus funestos omnes casus avertat, ut  
*FRIDERICVS Magnus* in Sanctiori  
suo Consilio, quo gravissima totius **Domus Bran-**  
**burgicae**, immo universae Europae negotia per-  
penduntur, quam diutissime habeat Viros, qui suis  
consiliis exterorum Regum Principumque negotia  
prudenter observent, ac Patriae Statum quam sapien-  
tissime, felicissimeque moderentur! Ita vocet

**PERILLVSTRES DOMINI**

**V.V.V.V.E.E.E.E.**

*Cliens devotissimus*

et

*ad omne obsequiorum genus quovis  
tempore promptissimus para-  
tissimusque*

**JOHANNES GVILIELMVS MEYERUS,**  
SVO ET SOC. NOM.